

Mythologia, Venise, 1567 - IV, 07 : De Atlante

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[38\] : De Atlante & Endymione](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IV

[Mythologia, Francfort, 1581 - IV, 07 : De Atlante](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IV

[Mythologie, Paris, 1627 - IV, 08 : D'Atlas](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IV

[Mythologie, Lyon, 1612 - IV, 07 : D'Atlas](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - IV, 07 : De Atlante, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 08/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/841>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 103v°-105v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Atlas](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologiae.

At Hercules cum eō diuerteret, fluuiumque detorsisset in mare, ita ut non amplius innundaret regionem, dictus est interemissis aquilam, & ipsum Prometheus ē vinculis liberalisse. Agrebat autem libro decimotertio resū Scythicarum, quia Aquila fluuius optimam atque intimam partem Scythicā, cui imperabat Prometheus, laniaret, locum esse datum fabule scriptis, q̄ aquila hepate Prometheus vesceretur; idque Iouis iussu, quoniam imbre frequentes eius imperum & amplitudinem augerent. At Theophrastus in quidodam cōmentariis, quos mihi ostendit Franciscus Calatinus Vibianus, vir optimus, mihiq̄ amicissimus, scriptum reliquit, Prometheus dictum fuisse ignem ad homines ē celo detulisse, quia rerum diuinarum & philosophicæ cognitionem primus omnium mortaliū hominibus ostenderet, primusque oculos illorum ad illa cœlestia & sempiterna corpora speculanda crexerit: cui sententia astipulantur ea, quæ scripta sunt ab Aeschylo: atq; scriptis Duris Samiis, quod ita Prometheus torqueatur, quia Palladē amauerit. At nunc de Atlante dicamus.

De Atlante.

Cap. VII.

20 **D**E Atlante verò quodd frater fuit Promethei, scilicet Iapeti, & Clymenes vel Afiz vel Asopes vel Libyes, dictum fuit superius. Verum ex hac matrum varietate facile coniicere possumus diuersos fuisse Atlantes ac Prometheos, cum tamen exercitorum res gestæ omnes ad eius nomini celebriorem deferantur. Habuit Atlas vxoriē Pleionen Oceani filiam & Te-
thyos, ut patet in lib. 5. Factorum apud Ouid.

Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethym,
Qui terram liquidis, qui patet, ambit aquis.
Hinc sita Pleione cum stellifero Atlante
Iungitur, ut fama est, Pleiadesq; parit.

30 Suscepit è Pleione septem filias, quas vnd cum matre cum Orion per quin-
quennium insecurus esset, ut cum iis congrederetur, ille Deos tandem pre-
cax sunt, ne vim Orionis paterentur. Iupiter igitur earum precibus com-
motus illas inter sydera, ut fama est, collocavit, quarum nomina ita recen-
suit Aratus in Astronomicis;

Ipsaq; Iasoni conspiciens seculata,
Est Iasonq; Iasoni inservit q; dabo iste.
A' Acasto, Iapheto, Admeto p', Chione p',
Tatiq; Tropaea, vniq; Tancre, vniq; Hespera vna.

septem illæ esse seruntur,

40 Quamvis sint oculis hominum sex obvia signa.
Alcyone, metopeq; Elektraq; diua Celeno,
Taygete, Sterope, præclaro lumine Maia.

Quas etiam, cum in capite sint tauri, ita ut duæ cornua, duæ nates, duæ oculos designent, alia in medio frontis, vbi pilii vertununt, collocare sint, Atlanti-
tidas appellauit Virg. in primo Georg. & sole cum Scorpione exidente, in
vndas cum oppositis sint demergi inquit, in his;

Ante tibi orat Atlantides abscondantur.

Fuerunt tamen nonnulli, qui duodecim fuisse Atlantis filias dixerint, &
Hyana-

Hyzntem fuisse illarum fratrem : qui cum à serpente iactus obiisisset , quinq; illarum ita eius mortem desuerunt , ut p̄x dolore denique mortuæ sint . At Iupiter illarum miserrimus dicitur in Hyadas casus mutasse , quarū nomina hæc sunt apud Hesiodum ;

φαίλετος επούλιον , λευκόν Τελάνην ,
φαίλετος επούλιον τον ποντίναν ,
τον αριστερὸν καλέμενον δὲ τὸν πόντον .

Phœlæ , sive Coronis , & hinc formosa Cleis ,
Phœlœq; pudoreq; implexis crinibus auro .

Quas Nymphae Hyadas mortales nomine dicunt .

10

Alli Ambrosiam sive Coronidem nominantur , & Eudorā , & Dionen , & Aethlam , & Polyxo ; alli Phileto , Thyenē , & Proydilen his addiderunt . Quas etiam Bacchi fuisse nutrices crediderūt , & Dodoninas à Dodono Europæ filio nuncuparunt ; qui etiam non ex his , sed aliis parentibus natas arbitrantur , cum alii Erechthei , alii Cadmi filias fuisse putent . Ac neque numerus qualem Hyadam caret controvèrsia ; quoniam Thales Milesius duas cantum esse putauit , quarum altera Borealis , altera Australis , nominaretur . Euripides in Tragedia quam de Phæthonete scripsérat , tres : Achæus autē quatuor , at Phœacydes , sex . Quidam Hyadas putarunt nominatas , quia Dionysium educauerint , qui Hyes dictus est , ut tellatur illud Euphorionis ;

30

et rāpīs pārti dāmōnū erārā .
Hye cornuto Dionysio irata .

Alli à pluia dictas putarunt , quod illarum ortus imbre vernis diebus excitat . Mentionem fecit Pausanias in Arcadicis de Mera Atlantis filia , quæ nupsit Tegeate Lycaonis filio . Et Homer de Calypso in l . Odyss . in his ,

Achæus Deyā τηρεῖ Λασπόνην δὲ δακτύνει
Πάτερ Βίστρα τὴν . colit atria Diua
Filia prudentis Atlantis , qui alta profundi
Omnia cognovit pelagi .

30

Pars est Atlantem nationibus Hesperiis imperasse , habuisseque responsum à Themide Parnassia futurum esse , ut à quodam Ioue filio regno priuaretur , quod tellatur Ovid . lib . 4 . Metamorph .

memor ille vetustr

Sortis trax : Themis hanc dederat Parnassia sortem :
Tempus Atla veniet , tua quo spoliabitur auro
Arbor : & hunc p̄dix titulum Ioue natus habebit .

Deinde cum Perseus abscissum caput Meduse reportaret , petiissetque ab eo ut in hospitium eaperetur , reiectus fuit & vi depulsus ab Atlante , quia semper recens in memoria illud oraculi responsum haberet . Huic igitur Medusæ caput Perseus ostendit ita inquiens ,

at quoniam parui tibi gratia nostra est

Accipe munus ait : Ieuaq; à parte Meduse
Ipse retrouersus squalentia protulit ora .
Quantus erat mons factus Atlas .

Polyidus tamen dithyrambicus poeta pastorem fuisse ait Atlantem , qui fuit in montem sui nominis à Perso conuersus . Mentionem fecit de hoc monte Strabo libro 17 . quem esse scribit in Libya extra columnas Herculis proce-

Mythologiae.

procedenti ad sinistram, qui sicut etiam Dyris & nonnullis nominatus. Eius loci incolae Atlantes communis nomine dicti sunt, neque ullum proprium nomen habuerunt. Esse vero Atlantem monte altissimum ita testatur Herodo. in Melpomene; οὐταν δὲ τὸν οὐρανόν, οὐρανόν, οὐρανόν, οὐρανόν τοι περιπλέκεται. οὐταν δὲ τὸν οὐρανόν λέγεται, οὐταν επερπάσσεται τοῦ οὐρανοῦ οὐρανός. οὐταν δὲ τὸν οὐρανόν λέγεται, οὐταν επερπάσσεται τοῦ οὐρανοῦ οὐρανός. οὐταν δὲ τὸν οὐρανόν λέγεται, οὐταν επερπάσσεται τοῦ οὐρανοῦ οὐρανός. οὐταν δὲ τὸν οὐρανόν λέγεται, οὐταν επερπάσσεται τοῦ οὐρανοῦ οὐρανός. Extat in hoc mari mons, cui nomen Atlas. Est autem ubique perangustus & teres, ita vero sublimis esse dicitur, ut ad illius verticem oculi mortalium

10 peruenire non possint. Neque ibi unquam vel per aestate vel per hyemem nubes deesse consueverunt. Huc incolae calli columnam esse dicunt, in quo monte habitantes homines eodem nomine quo mons vocantur. Hi populi sunt in extrema parte Libyz ac Mauritaniz, qui exorientem solem conutatis insectabantur, quod ipsos, ipsorumque regionem radiis exureret. Sic etiam Pausanias in rebus Atticorum famam esse inquit, quod mons Atlas vertice cælum attingat, tanta est eius altitudo: qui ob frequentiam proceritatemque arborum, & ob aquarum affluentium copiam interclusus, nemini accessibilis dicebatur. Huius montis situm ac sublimitatem ita attigit Virgil. lib. quarto Aeneidos;

20 Oceanus suum iuxta, solemque cadentem,
Vitimis Aethiopum locus est, ubi maximus Atlas
Axem humero torquet stellis ardentibus apicum.

Qui poeta in eo monte describendo omnia hæc & his orice & fabulose, tanquam in descriptione alicuius hominis expressit;

Iamque volans apicem & latera ardua cernit
Atlantis duri, cælum qui vertice fulcit.
Atlantis, cinctum assidue curvubibus atris
Piniferum caput, & vento pulsatur & imbri.
Nix humeros infusa tegit, tum flumina mento
Præcipitant senis, & glacie riget horrida barba.

30 Ab hoc monte vniuersus Oceanus qui vel extra vel intra columnas Herculis est in extrema parte Mauritaniz Atlanticum mare appellatur, quod idem & Rubrum dicitur, ut Herodotus testatur in Clio; οὐταν δὲ τοιούτου εἶδος Ἀτλαντικόν ναυτικόν, οὐταν δέ τοιούτου οὐρανόν. Atque mare illud, quod extra columnas Herculis est, Atlanticum vocatum idem est quod & rubrum. quamvis scriptum reliquit Plato in Critia mare Atlanticum ab Atlante Nettuni filio fuisse vocatum. Huius haec sunt esse Oceanum sacerum, at alii fratrem, quoniam mare illud Atlanticum & Oceanus multis nominibus pro differentiis locorum nominatur. Nam ut in Hesperiis regionibus Atlanti-
40 cum, ita apud Septentrionem borez expositum, glaciale dicitur: alii mortuum vocarunt, quoniam sol & tardos & imbecillos radies supra hoc mare transmittit. ubi vero prius apparet exoriens, Eoum vocatur aut Indicum. Quod vero ad Austrum est Aethiopicum, & rubrum nominatur. Cum vero altissimus sit Atlas mons ille Mauritaniz, ita ut vertex certi non possit, locus datus est fabulæ, quod Atlas is qui regnauit in Mauritania, cælum sustineret, ut ait Aeschylus in Prometheus, quæ Oceani ita fratre nominauit;

εἰσαγεῖτε τοὺς θεοὺς τοὺς πατέρας τοὺς γενέας
τούτους οὐταντί, τοὺς οὐρανούς τούς.

B'Tus

王國維著《宋詞二集序》說：

Ocean. Non sic profecto: torquet infortunium
Atlantis inde fratri. ille pondera
Solem ad cadentem sustinet pregrandis,
Cæli columnam, totius terræ: onus.

Hunc montem etiam Homerus columnam nominavit in primo odyssae, & vna cum illo alium montem, qui non procul distat e columnis Herculis, ut est in his;

Habent illae columnas

Praelongas, cœlum ac terram fulcire valentes.

Atque huc ea sunt, quæ de Atlante memoriz produntur ab antiquis scriptoribus. Nunc quid huc significant explicemus. Atque illud primum, nullo pacto fieri potest, ut Atlas cœlum sustineat, sicuti demonstravit Arist. in secundo lib. cœli & Mundi; quia si cœlum ut sustineatur indigeat, erit grave. At non est tale, ut multis rationibus ibi ostenditur. Iple præterea Atlas per laborem aliquando deficeret, quoniam nihil cum labore est sempiternum. Scriptū reliquit Zetes hist. I quinque Chil. Atlantem Aegyptiū, qui multis annis libyco Atlante fuit antiquior, distū fuisse cœlum hominis sustinere, quia retū cœlestium & astronomicarum primus inuentor fuerit apud Aegyptios. Atq; illa quoq; de Hercule Aegyptio Atlante que dicta sunt ab Aegyptiis, Grati ad posteriorem & Atlantem & Herculem Alemanz filium transferentes fabulis accommodarunt. Dicunt enim cœlum sustenandum Herculū ab Atlante parumper datum fuisse, quia res astronomicas & stellarum motus Hercules ab Atlante didicerit. Refert Pausanias in Exoticis Polosum vicum fuisse nō procul à Tanagris, in quo Atlas consedisse, & ea que sunt sub terra, resque cœlestes accurata diligentia inuestigasse dicitur. Sunt qui dicant Atlantem primum fuisse, qui lunæ cursum obseruauerit, quod alii tamen tribuunt Arcadi Orichomeni filio, vnde dicta est Arcadia: quare Arcades ante lunam, vel potius ante lunæ obseruationem, ut ego quidem iudico, gloriantur se natos esse. Alii obseruationem lunæ Endymioni tribuunt, alii Typhon, inter quos fuit Xenagoras philosophus. Iacius Libycum Atlantem primum fuisse scribit, qui astrorum motus, lunæque mutationes obseruauerit, quem postea secutus est Thales. Alii dictum esse in fabulis existimant, quod Atlas pedes in terra habuerit, hungeros ad ortum & occasum, caput ad meridiem; quod ait Arist. in lib. de causa motuum animalium; quia indicabant mundum firmam sedem in oriente, circa quam volueretur: nam per eam sedem transire intelligitur diameter, quia ea que supra nos sunt, ab interioribus disserminat Atlantem igitur & cœlelum & subterranearum rerum habere cognitionem putarunt hi, qui axem mundi ita appellarunt, quod & nomen ipsum significat: dicitur enim *Ars* à particula incrementum aliquando significante & *Ars* perfoso & sustineo, quia indefessus sit axis in mundi machina sustinenda. Columnas esse Atlantis Borealem & meridianum polum quidam censuerunt, quod ab his cardinibus modus sustineri videatur. Atlantis filiz Hyades & Pleiades fuerunt, quia post cœli sive axis ortum & stellæ ipsæ natæ sunt. Has ita nominatas quidam putarunt à filiabus Atlantis Libyci peri-

Dd *gigimi*

Mythologiae.

tissimi astronomi, qui ad perpetuam sui memoriam nomina suorum filiorum
altris indidit, quod & alii plerique fecerunt, & Conon Ptolemai tempore
Comam vocavit Berenices. Proclus in commentariis, quos in Opera & Dies
Hesiodi scripsit, omnium sphaerarum animas, vitesque divinas, illas esse scri-
psit, que Pleiades vocantur: ut Celeno Saturni sit anima, Sterope sphera lo-
uis, Merope Martis, Electra solis, Alcyone Veneris, Maia Mercurii, Taygete
Iunae; quarum alix cum suis planetis, alix cum aliis Ditis rem habuisse dicun-
tur, quod Ouid. indicauit lib. 4. Fattorum;

10

Pleiades incipient humeros celeuare paternos,
Que sepe dicit, sex tamen esse solent.
Seu quod in amplexus sex hinc venere Deorum,
Nam Sterope Marti concubuisse ferunt.
Neptuno Alcyonen, & te formosa Celeno.
Maia, atq. Electram, Taygeten, Ioui.
Septima mortali Merope tibi nlyphe nupsit.
Prenites: & facti sola pudore latet.

Cetera multa, que de his fabulantur antiqui, praetermittenda censui in pra-
senti, quia ad hanc partem suscepiti negotii non attinent. Nunc de Endy-
mione dicamus.

20

De Endymione.

Cap. VIII.

30

40

Endymion autem fuit Aethili filius & Calices. Hic ut scribit Pausanias
in prioribus Eliacis, a Luna fuit amatus, ex qua filiis quinquaginta suice-
pisse fabulantur, cum tamen alii tres tantum filios inquistant, Pzonem,
Epenum, ac Aetolum; filiam Eurydicens Aetherodia, vel Chromis, vel Hy-
perippe illum suscepisse. Habuit filiam praetera Pisam, que Pis Olympie
nomen dedit. Huic alium filium addidit Isacus cum ita scribat; *in pugna*,
terras, *et* *in* *caelum*. Alii dicunt quod Phthir filius fuit Endymionis. Huc
siunt Iouis fuisse nepotem, qui ppe cum Aethilius Iouis & Protagorae fuisse
filius; qui munus id a Ioue obtinuit, ut vita mortisq. ibi esset arbiter, ut
traditum est ab Hesiodo, Aetolo, Pisando, Pherecyde, & Nicandro in secu-
do rerum Aetolicarum, & ut scribit Theopompus in Epopxis. Fuerunt pra-
terea Jupiter illum in celum accepisse: quem, cum Junonem, vitiare con-
tus esset, deceptum ab Idolo oblato ad inferos derrubis. Fuerunt qui dicant
Endymionem fuisse Eridis Regem, atque ob iustitiam in Deorum numerum
relatum, mox impetrasse a Ioue ut perpetuo dormiret, quem: alii Spartanum,
alii Ejeum esse crediderunt. Fama est hunc in Latmo Caris monte in autro
quodam versari solitum, ubi ciuitas erat Hieraclea, ut scripsi N: cander in
secundo Europz. Dicunt Lunam in illud antrum venire solitam, & cu Endy-
mione congregari, quod ita attigit Ovid. in Epistola Leandri;

Non finit Endymion te pectoris esse severi.

Fecit subrant animo Latmia laxa tuo.

Cicero tamen lib. primo Tusculanarum Disputationum perpetuo dormien-
tem Endymionem in Latmo Caris monte a Luna adamatum dicit sola oscu-
la Lunae accepisse, neq; unquam ex parte rectum fuisse, cum ita scribar; Endy-
mion vero, si fabulas audire volumus, nescio quando in Latmo obdormivit,
qui mox est Caris, nondum opinor expunctus. Num igitur cum curare
censem,